

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Amor at (2)  
cum fonte primo

Non potest capere ignitum  
eloquium frigidum pectus.  
Quomodo enim Grece loquentem intelliget  
qui Grecam non nouit, nec Latine loquentem  
qui Latinus non est, et ita de ceteris.  
Sic lingua amoris ei qui non amat barbara erit;  
erit, inquam, sicut es sonans et tintinabulum tiniens.

Bernardus in quodam sermone.

Alioquin frustra ad audiendum legendumve amoris  
carmen, qui non amat, accedit: quoniam omnino  
non potest capere ignitum  
eloquium frigidum pectus.  
Quomodo enim graece loquentem non intelligit  
qui graece non novit, nec latine loquentem  
qui latinus non est, et ita de ceteris,  
sic lingua amoris ei qui non amat barbara erit,  
erit sicut aes sonans aut cymbalum tinniens.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 79.1 (SBO 2, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., pp.272-3, ll.20-22, 1-3).